

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput I. Qvid syntaxis et qvotuplex

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](#)

INTERJECTIONE
Vab, Hui, Hem.
Laudantis, Euge, Eia.
e, Hem.
Eben, Hui, Au, Aet.
Joh.

Ebem, Vab, Haw.
Ho, Euge, Iu.
Hem, Eia.
Ob, Obobe.
Sis.

ut. Casi. 3. 6.)
Ebem.
Ob, Phy.
atis, Au, St, Ba.
Etymologia, hoc est,
nis discrimine ac Prop.
taxis, de qua dico
gemus.

SYNTAXIS.

CAPUT I.

QVID SYNTAXIS ET Quotuplex.

† Quid est Syntaxis?

Syntaxis¹ est pars Orationis, quæ rationem² conjungendarum vocum, seu faciendæ orationis,³ docet.

L.

2.

3.

† Quid est Oratio?

Oratio est integræ sententiae explicatio.

† Quæ sunt partes Essentialis Orationis?

Nomen⁴ & Verbum.

4.

† Estne etiam Syntaxis in reliquo partibus?

Est Syntaxis non tantum Declinabilium,
sed & Indeclinabilium partium.

5.

De Singulis ordine agetur.

△ Quotuplex est Syntaxis? 5

Duplex: Intransitiva, & Transitiva.

△ Quid est Syntaxis Intransitiva?

Est in qua voce, ex quibus constat oratio,
ad eandem personam referuntur. ut, Vir Bo-
nus; Fama, malum; Tu es Petrus.

Dicitur & Syntaxis Convenientia.

Quid

△ Quid est Syntaxis Transitiua?

Est in qua voces, ex quibus constat oratio, ad diversas personas referuntur. *ut, Liber Ciceronis; Argentum vilius auro. Vir dignus laude. Verbero Davum. Davus verberatur ab hero.*

Dicitur & Syntaxis Rectionis.

CAPUT II.

SYNTAXIS NOMINUM

Intransitiva in genere.

REGULA I.

I.2. * Adjectivum¹ & Substantivum,² eodem Genere, Numero, & Casu coherent. ut:

Amicus certus, in re incerta cernitur. [Enn. apud Cic. Lel.]

3. *Tres³ Equi. Quinque millia.*

4. *Nam tua res agitur, paries quem proximus ardet. Horat. lib. i. ep. 18.*

Forma viros neglecta decet. Ovid. l. 1. de arte. Homo nibilis,⁴ nasci. Eiusmodi ingenia.

† N O T A. Participium Passivum inter duo Substantiva positum, regulariter cum Præcedente quoad Genus convenire debet. ut:

Verbum factum caro; non facta.

Tullianus a homo; non natus.

Bonosus Imperator, quem vitam laqueo finiisset, dictus est Amphora pendens; [Flav. Vopisc. in vita illius] non, dicta.

REGU-